

L 11 Griechen haben Römer gerettet!

Q: „Quid hic agitis? Cur non estis in insula Creta?“

A: „Desine rogare et audi!

Iam Cretae appropinquabamus,

cum subito piratae in navem invadere **paraverunt**.

Quamquam nos¹ acerrime² defendebamus, piratae **superaverunt**.

Patrem et me in mare³ **praecipitaverunt**.“

Q: „Quid de ceteris? Quis te, quis patrem **servavit**?“

A: „Sortem matris et Flaviae et fratris ignoro,

nos¹ autem nautae Graeci **servaverunt**.“

Q: „Hercule⁴! Graeculi⁵ Romanos **servaverunt**!“

A: „Sic est. Sed audi!

Iam diu in aqua eramus, sed pater de salute non **desperavit**.

Ac profecto dei auxilium non **negaverunt**:

Tabulas⁶ **miserunt**, ad quas **adhaesimus**⁷.“

Q: „Nonne **timuisti**?“

A: „Valde **timui**, sed fortuna secunda fuit:

Navis enim Graeca **apparuit**.

Graeci nos¹ ex aqua **traxerunt** et Miletum portaverunt.

Ibi nobis¹ magna humanitate auxilium **praebuerunt**.

Apud Apollonium enim hospitem **mansimus** et ...“

Q: „Nonne Flaviam et Marcum et Caeciliam **quaesivistis**?“

A: „Ubique **quaesivimus**, multos **interrogavimus**, sed nihil **audivimus**.

Tandem Apollonius sic **dixit**:

„Si di **volunt**⁸, Caecilia et Flavia et Marcus adhuc vivunt.

Certe vivunt, nam piratae pretium petere solent.

Proinde Romam **navigate** et **exspectate**!“

Itaque nunc hic **sumus**.“

1) **nōs** (Akk.)/**nōbīs** (Dat.): uns 2) **ācerrimē**: erbittert 3) **mare** (Akk.): Meer 4) **herculē**: beim Herkules!

5) **Graeculus**, -ī m: Griechlein (*abwertende Bezeichnung für einen Griechen*) 6) **tabula**, -ae f: Planke, Brett

7) **ad quās adhaesimus**: an die wir uns anklammerten 8) **volunt**: (sie) wollen